# II. TEXT AND APPARATUS

## <ANNALES BARENSES>

**1** Anno 605º. Obitus sancti Gregori pape. Focas regnauit annis octo.

**2** Anno 612º. Domitianus regnauit annis quindecim, Eraclius xxui.

**3** Anno 782º. Hoc anno Carolus rex celebrauit sanctum Pasca in Roma, et baptizatus est Pipinus filius ejus ab Adriano papa.

**4** Anno 902º. Hoc anno descendit Abraam rex Saracenorum in Calabriam, et mortuus est in Cosentia in ecclesia sancti Pancratii.

**5** Anno 924º. Hoc anno Orie capta est a gente Saracenorum mense julio; et obitus Eusebii in Clauso.

**6** Anno 928º. Hoc anno comprehendit Michael rex Sclauorum ciuitatem Sipontum mense julio, die sancte Felicitatis, secunda feria, indictione quintadecima.

**7** Anno 929º. Hoc anno Tarentum captum est a gente Saracenorum, mense augusti in solemnitate sancte Marie.

**8** Anno 931º. Hoc anno obiit Ambrosius mediolanensis antistes.

**9** Anno 949º. Hoc anno intrauerunt Hungari in Italiam, et ierunt usque ad Idrontum. Et fuit interitus boum. Et Platipodi obsedit Cupersanum.

-----

1 <ANNALES BARENSES> *Pertz* *om.* *PU*    5 Eraclius xxui *om.* *U*
14 Michael *scripsi* Itachael *PU*    22 ierunt: uenerunt *U*
interitus: introitus *P*    boum *om.* *U*

10 Anno 979º. Hic inchoatum est monasterium barense sancti Benedicti a domino Hieronymo uenerabili abbate.

11 Anno 981º. Hoc anno fecerunt bellum Sipontini et Asculenses in uado Somilo.

12 Anno 996º. Hoc anno obsessa est Materies tribus mensibus currentibus ab iniqua gente Saracenorum, et in quarto mense -- id est septembris -- per uim inde eam comprehenderunt; in qua quedam femina filium suum comedit.

13 Anno 1003º. Hoc anno obsessa est ciuitas Bari a Saphi apostata atque caiti, et perseuerauit ipsa obsidio a mense majo usque ad decimum Kalendas octobris; et liberata est per Petrum ducem Venetiarum, bone memorie.

14 Anno 1011º. Hoc anno rebellauit Longobardia cum Mele ad ipsum Curcua mense majo nono die intrante; et fecerunt bellum in Bitecte ubi multi Barenses ceciderunt. Et Ismael fecit bellum in monte Peloso cum ipsis Grecis, et cecidit illic Patiano.

15 Anno 1013º. Hoc anno obsessa est Bari a catepano Basilio cognomento Sardoniti, undecimo die astante mense aprilis, et completis diebus sexagintauno fecit

-----

27 bellum -- Asculenses: Sipontini et Asculenses bellum P
31 septembris: decembri U 32 eam comprehenderunt inv. P
40 ipsum: sum add. U Barenses: barinenses P 43 Patiano scripsi Pasiano PU 45 Sardoniti: -donti U 46 sexagintauno scripsi -unum PU

pacem cum ipsis, et ipse intrauit castellum Bari, ubi sedes est nunc grecorum magnatum.

16 Anno 1021º. Hic fecit prelium Basilius Bujano cum Francis, et uicit illos in ciuitate Canni.

17 Anno 1027º. Hoc anno descendit Ispochitoniti in Italiam cum exercitu magno -- id est Russorum, Guandalorum, Turcorum, Bulgarorum, Vlachorum, Macedonum, aliorumque -- ut caperet Siciliam, et Regium restauratum est a Bujano catepano. Sed peccatis prepedientibus, mortuus in secundo anno Basilius imperator, qui omnes frustra reuersi sunt.

18 Anno 1035º. Hic in Epiphania Domini obiit Bisantius episcopus, qui fuerat piissimus pater orfanorum, et fundator sancte ecclesie episcopatus barensis, et cuncte urbis custos ac defensor, atque terribilis et sine metu contra omnes Grecos. Et electus est in ipso episcopatu ab omni populo Romualt protospatharius, et in mense aprilis uocauit eum ad se imperator in exilium Et quinto idus intrante augusto electus est Nicolaus.

19 Anno 1040º. Hic nono die intrante <mense> januarii obiit Nikyforus qui et Dukyano catepanus in ciuitate Asculo; et quinto die intrante mense maji occisus est Michael criti, qui uocatur Kirosfacti, sub castello

-----

49 magnatum: -tis P 53 Bulgarorum: Vul- P bur- U 55 Bujano: uulcano PU 59 fuerat: fuit U 60 episcopatus om. U 66 <mense> supplevi 67 Dukyano: dulkyano P dulchiano U 68 et: ut P in U 69 criti: cati U

Mutule ab ipsis conteratis, et septimo die astante uenerunt omnes in ciuitate Bari cum Argiro filio Meli. Tunc ipse Argiro sauciauit Musondo qui erat primus inter eos, et ligatis manibus misit eum in carcere cum Joanne stonense; et omnes conterati dispersi sunt.

20 Anno 1041*. Hic uenit a Sicilia in Longobardia Michael protospatharius et catepanus qui et Dukyano junior. Mense nouembri intrauit in Bari, qui et jussit in patibulo furce appendi quatuor homines super murum butontinum.

21 Mense martio, decimoseptimo die intrante, factum est prelium Normannorum et Grecorum juxta fluuium d'Vlibentis et ceciderunt ibi multi Russi et Obsequiani. Ipse uero Dukyano cum reliquo exercitu qui remanserat ex ipso prelio fugam petierunt in montem Pelosum.

22 Deinde mense maji, collectis in unum omnibus Grecis apud montem Majorem juxta fluenta Aufidi, initiatum est prelium quarto die intrante, ubi perierunt plurimi Natoliki et Obsequiani, Russi, Trakysi, Calabrisi, Longobardi, capitinates; et Angelus presbyter episcopus trojanus atque Stephanus acherontinus episcopus ibi interfecti sunt. Nam nempe ut dictum est ab omnibus qui

-----

75 Longobardia: lombardia U 76 Dukyano: dulkiano U 77 et jussit: eiussit U 80 die om. U 81 prelium: bellum P d'Vlibentis: dulibentis PU 83 Dukyano: dulkiano U 85 mense majii collectis: collectis mense maii U 87 ubi: et add. P 88 Trakysi: trachici U Calabrisi: colabrisi P calabrici U

hec nouerunt, haud plures quam duo milia Normanni fuerunt, Greci uero decem et octo milia exceptis seruitoribus.

**23** Hinc rediens Michael confusus, cum paucis relictis semiuiuis pro pauore Normannorum seuientium, scripsit ad Siciliam, et uenerunt ipsi miseri Macedones et Paulikani et Calabrenses. Et collectis insimul cum reliquis in catuna montis Pilosi, tunc descendit catepanus filius Bujano in Apuliam; Michael rediit ad Siciliam, iubente imperatore, unde uenerat.

**24** Anno 1042º. Hoc anno, tertia die intrante mense septembri, Grecorum exercitus descenderunt ex monte Piloso, et Normanni ex castello Siricolo. Inter duos montes inierunt conflictum maximum, in quo omnes miseri Macedones ceciderunt, et pauci de reliquo remanserunt exercitu. Ibi quippe et Bujano uiuus captus et portatus est per totam Apuliam usque Beneuenti patriam. Nam ut ajunt ueraciter qui in ipso bello inuenti sunt, Normanni septingenti et Greci decem milia fuerunt.

**25** Postmodum peracto bello tertio jam dicto, inierunt pactum cum ipsis Franchis Materianenses et Barenses, dum non esset qui ex ipsorum manibus eos eriperet. Deinde mense februarii Normanni et ciues barisani elegerunt Argiro, qui et Meli, principem et seniorem sibi.

**26** Mense aprilis descendit Maniaki in Tarentum, qui

-----

92 haud: aut U    99 Bujano: budiano PU    106 et Bujano: et bugiano P ebugiano U    110 jam dicto om. P    111 Barenses: barinenses P    115 Maniaki: manichi PU

et magister, et coadunauit omnem exercitum Grecorum, et fecit suda in loco qui dicitur Tara. Tunc scripsit Argiro in Auersam ad ipsos Normannos, et in Melfiam, et omnes uenientes quasi septem milia in Mutulam. Tunc ipse iniquus Maniaki una cum cuncto agmine, hostium pauore nimio exterriti, noctu fugientes reclusi sunt in Tarentum. At ipsi Normanni, cum starent ante portam perterraneam querentes pugnam, et minime esset qui eis percunctaret, depredauerunt totam terram Orie. Et sic reuersi sunt ad sua.

27 Mense quidem julio miseri Juuenatienses, peracto federe cum ipsis Grecis manentibus in Trane, ipse princeps Argiro circumdedit eandem miseram Juuenatiam cum Normannis et Barensibus, et -- heu flebilis! -- tertia die sue obsessionis, per uim capta est et expoliata omni suppellectili. Et Greci necnon interfecti in eadem sunt, ni fallor xui. Populum uero ipse princeps uirorum ac mulierum multa prece liberauit ex Normannorum manibus.

28 Postea uero, dum Tranenses non acquiescerent Baresanis malum ingerere, ultima hebdomada mensis julii, ipse princeps cum Normannis et Barensibus obsederunt eam

-----

117 Argiro: -ri U 119 uenientes: uenerunt SNL 120 Maniaki: maniki U 121 noctu: -te U 123 minime: mime U percunctaret: -rent P 125 sua: suam P 126 julio: iunii P 127 manentibus: mantibus U 128 circumdedit: -sedit P 129 heu: eo U 131 ni fallor xui om. U 133 prece: preces P 136 julii scripsi iunii PU 137 cum om. U

trigintasex diebus; quam preliis uel aliis calamitatibus angustiauit eandem fortiter, nam talem turrem ex strue lignorum ibidem componere fecit qualis humanis obtutibus nusquam uisa est modernis temporibus.

29 Sed ipse Argiro, susceptis imperialibus litteris federatis et patriciatus anthipatus uel uestati honoribus, jussit argumenta incendi omnia. Et sic reuersi Barum, laudem dixerunt sancto imperatori Constantino Monomacho cum suis conciuibus.

30 Hactenus facti talia; nunc ad Maniaki impietatem reducam articulum. Igitur remotis, ut dixi, Normannis ab ejus finibus, conglobato in unum exercitu, mense junio Maniaki sub nocte una ad Materiem ciuitatem profectus est, ubi quantos per segetes et undecumque homines cepit ante, coram materialis oculis plusquam ducentos occidi fecit impius. Similiter secunda profectione in Monopolim iniquus facere non timuit.

31 Anno 1043ª. Hoc anno mense septembris descendit Tubaki protospatharius, et Pardus patricius, et Nicolaus archiepiscopus in Idruntum cum chrisubulo et simpathia. Tunc ipse iniquus Maniaki, pacifica fraude eis obuiam exiens, statim occidi jussit Pardum gladio, et Tubaki retrudi in custodia, quem mense octobris occidi similiter fecit.

-----

141 obtutibus: oculis U 143 anthipatus: an cathepanus U 144 omnia om. U sic om. U 145 Barum: bari U laudem: laude P ad laudem U 148 dixi: dixero U 152 cepit: capiat U ducentos: -tum U 153 fecit: fecerat P 155 septembris: -bri U 157 in om. U chrisubulo: chrisibullio P simpathia: -tia U

## <ANNALES LUPI PROTOSPATHARII>

32 A transitu sancti Gregorii pape anni ducenti quinquaginta duo, anni Domini octingenti quinquaginta quinque, indictione tertia.

33 Anno 860º. Indictione 8ª. Hoc anno comprehensa est ciuitas Barum ab imperatore constantinopolitano.

34 Anno 861º. Indictione 9ª. Hoc anno mortuus est Michael imperator, et surrexit Basilius parakenumenus ejus, et regnauit annis xxi ipse solus et nouem cum filiis.

35 Anno 866º. Indictione 14ª. Hoc anno intrauit Ludouicus imperator Beneuentum.

36 Anno 867º. Indictione 15ª. Hoc anno incensa est Matera a Ludouico imperatore. Et idem Ludouicus imperator intrauit ciuitatem Oriam.

37 Anno 868º. Indictione 1ª. Hoc anno exierunt Agareni a Baro ciuitate per Francos tertio die intrante mense februarii. Eodemque anno comprehensus est predictus Ludouicus in Beneuento.

-----

1 <ANNALES LUPI PROTOSPATHARII> Pertz Lupi Protospatae rerum in Regno Neapolitano gestarum ab anno Sal. 860. vsque ad 1102. breve chronicon S Chron: Lupi Protospat(ar)j ... N 5 860: 789 ART 6 Barum: Barium P Bari L constantinopolitano SNL CMART 7 Indictione 9ª: PUS om. NL 8 parakenumenus: parastenumenus PU parascenumenus SN himenus L 9 ejus om. U filius eius S parens eius L nouem: octo U 10 filiis: suis add. SNL 13 incensa: incesa L 14 Ludouicus om. SNL Ludouicus imperator inv. P 15 Oriam: Oriem P Oriae U Orię L 18 mense: mensis SL februarii: Septembris L

38 Anno 875º. Indictione 8ª. Hoc anno intrauerunt Greci in Barum mense decembris die Natalis Domini, feria tertia; Gregorius stratigo, qui et bajulus dicebatur.

39 Anno 880º. Indictione 13ª. Hoc anno exierunt Agareni de Tarento.

40 Anno 884º. Indictione 2ª. Hoc anno surrexit Ajo princeps mense octobris.

41 Anno 885º. Indictione 3ª. Hoc anno mortuus est Basilius imperator, et ceperunt regere Leo et Alexander filii ejus, annis uigintisex soli et cum eo annis nouem.

42 Anno 886º. Indictione 4ª. Hoc anno facta fuit perditio in Baro mense junii quando princeps fecit prelium cum stratigo Trapezi et Grecis.

43 Anno 890º. Indictione 8ª. Hoc anno obiit Ajo princeps et surrexit Vrsus frater ejus.

44 Anno 891º. Indictione 9ª. Hoc anno intrauerunt Greci Beneuentum mense octobris, et stratigo Sabbatichi in Siponto mense junii.

45 Anno 894º. Indictione 12ª. Hoc anno exierunt Greci de Beneuento in mense augusti per Francos.

46 Anno 900º. Indictione 3ª. Hoc anno descendit

-----

21 in om. NL   Barum: Baro PU Bari L   feria tertia om. U
25 884: 883 U   Indictione 2ª PUS inter lin. N om. L
27 est om. U   28 Alexander: Alexius U   29 filii: filius U
annis a. corr. in annos L   soli: sol [.] U   et om. NL   eo: uero add. SNL   31 perditio: pro- S prę- L   32 stratigo: -co U   33 Indictione 8ª P   34 ejus: Indictioque quarta add. U   37 junii: -o P   39 in mense: mensis L

Melisiano stratigo in Apulia.

**47** Anno 901º. Indictione 4ª. Hoc anno descendit Abrami rex Saracenorum in Calabriam et iuit Cosentiam ciuitatem et percussus est ictu fulguris.

**48** Anno 912º. Indictione 15ª. Hoc anno complentur ab obitu sancti Martini quingenti anni.

**49** Anno 913º. Indictione 1ª. Hoc anno coronatus Constantinus imperator filius prefati Leonis, qui regnauit annis quadragintaseptem.

**50** Anno 916º. Indictione 4ª. Hoc anno exierunt Agareni a Gariliano. Et sunt anni trecenti quinquaginta quo intrauerunt Longobardi in Italiam sub Alboin rege eorum.

**51** Anno 919º. Indictione 7ª. Hoc anno explentur octoginta anni ex quo Agareni introierunt in Italiam.

**52** Anno 920º. Indictione 8ª. Hoc anno introierunt Hungari -- id est Hunni -- in Italiam mense februarii.

**53** Anno 921º. Indictione 9ª. Hoc anno interiit Vrsileo stratigo in prelio de Asculo mense aprilis, et apprehendit Landolfus Apuliam.

-----

41 Melisiano: -nus SN Meibitanus L   43 Abrami: Abraham S Abrahamus L   Calabriam: -a L   iuit: iit P   46 quingenti anni inv. S quinque anni PNL   47 Indictione 1ª PUS inter lin. N om. L   48 prefati: praedicti S   49 annis: -ni NL   51 a: de SNL   52 Alboin: Alboun S Albour N Albouino L   54 Anno 919: Anno 916 SN annoque eodem L   55 octoginta: quadraginta S   ex om. L   introierunt: intrauerunt L   57 Italiam: -a L   59 aprilis: -li P   60 Landolfus scripsi Nan- P Nadulfus U Pandolfum S Nandulfus N Andulph L   Apuliam scripsi Apuleo PUSN Asculum mg. N Apuleium L

54 Anno 924º. Indictione 12ª. Hoc anno capta est Oria a Saracenis mense julii. Et interfecerunt cunctos mares, reliquos uero duxerunt in Africam, eos uenundantes.

55 Anno 926º. Indictione 14ª. Hoc anno comprehendit Michael sclauus Sipontum mense julii.

56 Anno 927º. Indictione 15ª. Hoc anno fuit excidium Tarenti patratum, et perempti sunt omnes uiriliter pugnando; reliqui uero deportati sunt in Africam. Id factum est in mense augusti, in festiuitate sancte Marie.

57 Anno 929º. Indictione 2ª. Hoc anno Landolfus et Guaimari principes intrauerunt in Apuliam.

58 Anno 936º. Indictione 9ª. Hoc anno uenerunt Hungari in Capuam.

59 Anno 939º. Indictione 12ª. Hoc anno obscuratus est sol, et apparuerunt stelle mense julii astante tres dies, feria tertia, hora tertia, luna uigesimanona.

60 Anno 940º. Indictione 13ª. Hoc anno introierunt Hungari in Italiam mense aprilis. Et in ipso anno factum est prelium in Matera a Grecis cum Longobardis cum stratigo Imogalapto, et necauit Pao in mari.

-----

62 Oria: ciuitas add. L julii: -o P cunctos: -tas SN 63 mares: mulieres SN reliquos uero: reliquosque L duxerunt: deduxerunt SL eos: cunctos SNL 65 sclauus: sclabus SNL mense: in mense P julii: -o P iunii U 68 Id S [-5-] P hoc L om. UN 69 in om. SL mense: -sis L 70 Landolfus scripsi Nan- PN na- U Pandulfus S Nandulphus L 71 Guaimari: grai mali U Guaymarius SL 73 in om. SNL Capuam: -a P 75 julii: -o P tres dies: tertia die U hora tertia: ad horas (hora L) tres SNL 77 introierunt: intrauerunt UL 78 Hungari: uel Vnni add. SNL in ipso anno om. SNL 80 necauit: negauit eum S Pao: Lao L

61 Anno 942º. Indictione 15ª. Hoc anno obiit Landolfus princeps decima die astante mense aprilis.

62 Anno 945º. Indictione 3ª. Hoc anno ceciderunt Romanus et Vbo mense decembris. Et perierunt Hungari a rege Ottone.

63 Anno 946º. Indictione 4ª. Hoc anno factum est homicidium in Baro, mense decembris, inter ciues.

64 Anno 947º. Indictione 5ª. Hoc anno introierunt Hungari in Italiam et perrexerunt usque Idruntum, et Platopodi obsedit ciuitatem Cupersani. Et fuit eodem anno interitus bouum per omnem terram.

65 Anno 950º. Indictione 8ª. Hoc anno obsederunt Greci Asculum, et obtinuerunt.

66 Anno 951º. Indictione 9ª. Hoc anno Malachiano fecit prelium in Calabria cum Saracenis, et cecidit.

67 Anno 955º. <Indictione 13ª. Hoc anno> descendit Marianus patricius in Apuliam.

68 Anno 956º. Indictione 14ª. Hoc anno incensi sunt Marantius, Clemens et Excelsula in Baro.

69 Anno 960º. Indictione 3ª. Hoc anno obiit Con-

-----

81 obiit: obii *U* 82 Landolfus *scripsi* Nan- *PU* na- *U* Pandulfus *S* Nandulphus *L* decima die *inv.* *SNL* astante *om.* *SNL* mense: -sis *USN* 83 Indictione 3ª *PUS* *inter lin.* *N* *om.* *L* 84 Romanus: -ni *NL* et *om.* *L* decembris: -bri *S* perierunt: -run *U* 87 in Baro: Bari *SNL* inter ciues *SCMART* 90 obsedit: sedit *SL* ciuitatem: in ciuitate *SNL* Cupersani: -num *P* Et *om.* *U* eodem: eo *S* 91 interitus bouum: bonus introitus *SNL* 93 et obintuerunt *SCMART* 94 Malachiano: -nus *SNL* 96 Anno -- Apuliam *om.* *PU* <Indictione...anno> *supplevi* 97 in *om.* *L* 99 Clemens *scripsi* clemeri *PU* Cleri *S* Clēri *N* Clēm *L* 100 Indictione 3ª *PUS* *inter lin.* *N* *om.* *L*

stantinus imperator, qui regnauit annis quadragesima septem, et surrexit Romano filius ejus. Et fuit prelium inter Adralistum et Ismael.

70 Anno 961º. Indictione 4ª. Hoc anno comprehensa est insula Cretes a Grecis sub Romano mense martii, et Trabomen capta est a Saracenis. Et obscuratus est sol.

71 Anno 963º. Indictione 6ª. Hoc anno obiit Romano imperator et eleuatus est Nichiforus, qui regnauit annis septem. Et Otto rex intrauit Romam. Et obscuratus est sol.

72 Anno 965º. Indictione 8ª. Hoc anno introiuit Manuyli patricius in Siciliam, et mortuus est ibi.

73 Anno 966º. Indictione 9ª. Hoc anno introiuit Nichiforus magister in ciuitatem Bari. Et sunt anni quadringenti ex quo intrauerunt Longobardi in Italiam.

74 Anno 967º. Indictione 10ª. Hoc anno descendit Otto rex et senex, pater Ottonis regis, qui pugnauit cum Bulchassimo, Saracenorum rege, et interfecit eum.

75 Anno 969º. Indictione 12ª. Hoc anno introiuit Otto rex in Apuliam mense martii, et obsedit ciuitatem

-----

102 Romano: -nus USNL 104 comprehensa: capta SNL comprehensa -- Cretes: insula cretes comprehensa est U 105 martii: -o PNL 106 Trabomen: Titabomen SNL 107 Romano: -nus SNL 109 obscuratus est sol: sol obscuratus est PNL 112 Manuyli: manuli U Manuyci S Manuelis L mortuus est ibi: ibi mortuus est SNL 113 introiuit: intrauit L 114 magister om. U ciuitatem: -te P Bari: Baro P sunt: fuit L 115 intrauerunt: introierunt S introuerunt N 118 Saracenorum rege inv. U 120 martii: -cio P

Bari irrito conatu. Et in alio anno intrauit in Calabriam mense octobris. Et sol obscuratus est in mense decembris.

76 Anno 970º. Indictione 13ª. Hoc anno occidit Simischi Nichiforum imperatorem, et eleuatus est ille.

77 Anno 972º. Indictione 15ª. Hoc anno pugnauit Atto filius Transmundi marcise cum quadraginta milibus Saracenorum; caytus eorum Bucoboli uocabatur. Et uicit Atto cum sexaginta suis, prosequens Agarenos usque Tarentum.

78 Anno 973º. Indictione 1ª. Hoc anno obiit Passarus protospatharius.

79 Anno 975º. Indictione 3ª. Hoc anno Ismael interfectus est, et Zacharias Botuntum accepit.

80 Anno 976º. Indictione 4ª. Hoc anno obsederunt Saraceni Grauinam, irrito conatu. Et obiit Simischi imperator qui et Joannes, et ceperunt regnare Basilius et Constantinus germani.

81 Anno 977º. Indictione 5ª. Hoc anno incenderunt Agareni ciuitatem Orie, et cunctum uulgus in Siciliam deduxerunt.

82 Anno 978º. Indictione 6ª. Hoc anno mortuus est Joannes episcopus, et surrexit Pao archiepiscopus.

-----

121 Bari: Barum P irrito conatu SCMART 122 in om. SNL 126 marcise: marase U Marchisii S marcese L 127 caytus: cartus L Bucoboli: -lus S 130 973: 977 USN 133 Botuntum: butontem P Botitem L accepit: cepit SNL 134 obsederunt Saraceni inv. U 135 irrito conatu SCMART 136 Basilius: basulux U 139 Orie: -em PN 141 Indictione 6ª P post archiepiscopus U om. SNL

83 Anno 979º. Indictione 7ª. Hoc anno occidit Porfirius protospatharius Andream episcopum oretanum in mense augusti.

84 Anno 981º. Indictione 9ª. Hoc anno fecit prelium Otto rex cum Saracenis in Calabria in ciuitate Columne, et mortui sunt ibi quadraginta milia paganorum, cum rege eorum nomine Bullicassimus.

85 Anno 982º. Indictione 10ª. Hoc anno tradita est ciuitas Bari in manus Calochiri patricii qui et Dalfina, a duobus fratribus Sergio et Theophilacto, mense junii undecima die. Et Otto rex obiit Rome.

86 Anno 983º. Indictione 11ª. Hoc anno comprehendit predictus Dalfina patricius ciuitatem Asculum mense decembris.

87 Anno 985º. Indictione 13ª. Hoc anno descendit Romanus patricius cum filio suo in Apuliam.

88 Anno 986º. Indictione 14ª. Hoc anno comprehenderunt Saraceni sanctam Chiriachi ciuitatem, et dissipauerunt Calabriam totam.

89 Anno 987º. Indictione 15ª. Hoc anno occisus est Sergius protospatharius a Barensibus mense februarii,

-----

144 in om. SNL 147 Calabria: -am NL Columna: colupna P -nae U Corruna S 148 paganorum: penorum NL Poe- S penorum canc. paganorum a. m. inter lin. P 149 Bullicassimus: -nus U Bulcassino L 150 982: 942 L 151 est: esta U ciuitas Bari: barus PU manus: -nu PU 153 undecima: -mo N 154 comprehendit: ap- SL 155 predictus: -fatus L Dalfina patricius: Delphinus Francię L Asculum: Ascoli U 159 Comprehenderunt Saraceni inv. U ciuitatem: -te L 161 totam SCART

quintodecimo die. Et in ipso anno mortuus est Andralistus a Nicolao criti mense augusti, quintadecima die. Et obscuratus est sol.

90 Anno 988º. Indictione 1ª. Hoc anno depopulauerunt Saraceni uicos barenses, et uiros ac mulieres in Siciliam captiuos duxerunt.

91 Anno 989º. Indictione 2ª. Hoc anno <mense februarii> descendit Joannes patricius qui et Ammiropolus, et occidit Leonem cannatum et Nicolaum critis et Porfirum.

92 Anno 990º. Indictione 3ª. Hoc anno occisus est Bubali et Petrus exubitus mense martii.

93 Anno 991º. Indictione 4ª. Hoc anno fecit bellum Atto comes cum Saracenis in Tarento, et ibi cecidit ille cum multis Barensibus.

94 Anno 992º. Indictione 5ª. Hoc anno facta est magna fames per omnem Italiam, et annone caritas.

95 Anno 993º. Indictione 6ª. Hoc anno defunctus est Pao archiepiscopus, et Chrisostomus eleuatus est.

96 Anno 994º. Indictione 7ª. Hoc anno obsessa est Matera a gente Saracenorum tribus mensibus, et in quarto mense comprehensa est ab eis.

-----

164 quintodecimo -- anno om. SNL    165 quintadecima die inv. U    167 Indictione 1ª PUS inter lin. N om. L    depopulauerunt Saraceni inv. U    168 uicos: uiros PU    169 Siciliam: -a P    duxerunt: deduxerunt L    170 <mense februarii>: del (nel R) mese di Febraro ART [-6-] C    172 Nicolaum: -laus PN    174 Bubali: -lus S    exubitus: ex subitus P    178 facta est om. S    179 magna fames inv. U    omnem: totam SNL    et annone caritas S cf. gran carestia CART    183 gente Saracenorum: Saracenis SNL    in om. S    184 mense om. S    comprehensa: capta S    est om. S

97 Anno 997º. Indictione 10ª. Hoc anno occisus est †marco Theodorus exubitus in ciuitate Orie a Smaragdo et Petro germanis.

98 Anno 998º. Indictione 11ª. Hoc anno uenit Busitu caitus cum Smaragdo prefato in Barum mense octobris, et prefatus Smaragdus eques intrauit Barum per uim a porta occidentali, et exiit iterum. Tunc Busitu, cognita fraude, discessit.

99 Anno 999º. Indictione 12ª. Hoc anno descendit Trachanioti catepanus qui et Gregorius, et obsedit ciuitatem Grauinam, et comprehendit Theophilactum.

100 Anno millesimo ab Incarnatione Domini. Indictione tertiadecima. Hoc anno captus est predictus Smaragdus a Trachanioti in mense julii, undecima die. Et in ipso anno obiit rex Otto in Roma.

101 Anno 1002º. Indictione 15ª. Hoc anno obsedit Saphi caytus Barum, adstante majo secunda die, usque in sanctum Lucam mense octobris, tuncque liberata est per Petrum ducem Veneticorum.

-----

186 † marco: nearco P Marcho S Marcus L excubitus: exubitus PUN 189 Busitu: -tus S Smaragdo prefato: predicto (prae- S prę- L) Smaragdo SNL in om. SNL Barum: -ro P -ri L 190 prefatus: -dictus SN Barum: in baro P Bari L 191 Busitu: -tus S 194 Trachanioti: Trachamoti PUN Trachamotus S Traemonti L 196 Anno -- Domini: millesimo anno -- Domini P Anno Domini millesimo S Anno ab incarnatione Domini millesimo NL Indictione tertiadecima PUSL inter lin. N 197 est supra lin. U predictus: -fatus L 198 Trachanioti: Trachamoti PU Trachamoto S Tracamoto N Tracamotto L in om. SN 199 in ipso anno om. SNL in Roma: Romae S 201 Barum: -ri L adstante -- die: 2 Maii S ijº die mense madij N ij die mens. maii L in: ad PU 202 sanctum: -to P Lucam: -ca P tuncque: tunc S 203 Veneticorum: Be- NL uenetorum U

102 Anno 1003º. Indictione 1ª. Hoc anno obsederunt Saraceni montem Scauiosum mense martii, et nihil profecerunt.

103 Anno 1005º. Indictione 3ª. Hoc anno rediit Durachium in manus imperatoris per Theodorum.

104 Anno 1006º. Indictione 4ª. Hoc anno descendit Xyphea catepanus mense julii.

105 Anno 1007º. Indictione 5ª. Hoc anno defunctus est prefatus catepanus in ciuitate Bari.

106 Anno 1008º. Indictione 6ª. Hoc anno descendit Curcua patricius in mense maji.

107 Anno 1009º. Indictione 7ª. Hoc anno cecidit maxima nix, ex qua siccauerunt arbores oliue, et pisces et uolatilia mortua sunt. Et in mense maji incepta est rebellio. Et in mense augusti apprehenderunt Saraceni ciuitatem Cosentiam, rupto federe, nomine cayti Sati.

108 Anno 1010º. Indictione 8ª. Hoc anno obiit Curcua et descendit Basilius catepanus Mesardoniti mense martii. Et Silictus incendit ipsos homines in ciuitate Trani.

109 Anno 1014º. Indictione 12ª. Hoc anno uenit Henricus imperator Romam mense februarii, et Cassanus

-----

204 obsederunt Saraceni inv. S 205 Scauiosum: Caueosum P et nihil profecerunt SCMART 208 Durachium: di- P eraclius U 209 descendit om. L descendi U 212 Bari: -ro P 214 in om. SNL maji: mayo P 217 in om. SNL maji: mayo P 218 in om. SNL apprehenderunt: com- U 219 ciuitatem Cosentiam inv. P c. cosentiae U nomine -- Sati om. L nomine: nomen P no.ti U 221 Mesardoniti: maserdoniti P marsedonici U cum Macedonibus S 222 ipsos: multos S 225 Cassanus: -num U

incensa est mense augusti.

110 Anno 1015º. Indictione 13ª. Hoc anno apparuit stella cometis mense februarii. Et Samuel rex obiit et regnauit filius ejus.

111 Anno 1016º. Indictione 14ª. Hoc anno occisus est ipse filius prefati Samuelis a suo consobrino filio Aroni et regnauit ipse. Et ciuitas Salernum obsessa est a Saracenis per mare et per terram, et nihil profecerunt.

112 Anno 1017º. Indictione 15ª. Hoc anno abiit in Butrunto Mesardoniti catepanus. Et in mense nouembris interfectus est Leo, frater <ejus>, Argiro. Et in hoc anno descendit Turniki catepanus mense maji. Et fecit prelium cum Mele et Normannis Leo Patiano exubitus. Iterum in mense junii, uigesima secunda die, prelium fecit prefatus Turniki catepanus, et uicit Melem et Normannos; et mortuus est Patiano ibi. Et Condoleo descendit in ipso anno.

113 Anno 1018º. Indictione 1ª. Hoc anno descendit

--------

226 incensa: -sum U  228 stella om. SN  cometis: -tae U -ta SNL  229 regnauit -- ejus: filius regnauit S filius ejus regnauit L inter lin. N  231 ipse om. SNL  prefati: -dicti S  a suo: ab ejus SNL  consobrino: -na S  232 Aroni: -nis U  Salernum: -ni U  233 per terram: terram SNL et -- profecerunt SCMART  234 abiit Guillou obiit PUSNL 235 Butrunto: Butunti SNL  Mesardoniti: Marsedonici U Masar- L catepanus: Capitaneus L  nouembris: -brio PUL  236 <ejus> supplevi  Argiro: -ri SNL  in hoc anno om. SNL  237 catepanus: Capitaneus NL  239 in om. SNL  junii: Iulii L a. corr. N  240 prefatus: -dictus S  Turniki: -chius S  catepanus: Capitaneus L  Melem: -lum S  241 Patiano: -nus SNL Condoleo -- anno om. SNL  243 1018: 1008 L  Indictione 1ª PUSNL

Basilius catepanus qui et Bujano, et Abalanti patricius mense decembris. Et Ligorius tepoteriti fecit prelium in Trane, et occisus est ibi Joannacius protospatharius; et Romoald captus est, et in Constantinopolim deportatus est.

114 Anno 1019º. Indictione 2ª. Hoc anno fecit prelium supradictus Bujano in mense octobris cum Francis, et uicit. Et Mel fugiit cum aliquantis Francis ad Enricum imperatorem.

115 Anno 1020º. Indictione 3ª. Hoc anno descenderunt Saraceni cum Rayca, et obsederunt Bisinianum, et apprehenderunt eam. Et mortuus est ipse ammira et Melis dux Apulie.

116 Anno 1021º. Indictione 4ª. Hoc anno captus est Dactus et intrauit in ciuitatem Barum equitatus in asina, quintodecimo mensis junii.

117 Anno 1022º. Indictione 5ª. Hoc anno uenit Enerich imperator in Beneuentum mense martii, et obsedit ciuitatem Trojam in Capitinata.

118 Anno 1023º. Indictione 6ª. Hoc anno uenit

-----

244 Bujano: bugiano PU Bugianus SNL Abalanti: ababanti U abalautius S 246 in om. NL Trane: -ni SNL 247 est om. L 248 est om. L 250 Bujano: bugiano PU Bugianus SNL in om. L 251 Mel: nel U Melus S fugiit: fugit UL aliquantis: aliquibus SNL Enricum: Honorium L 255 apprehenderunt eam: illud apprehenderunt SNL Et: hoc anno add. S Melis: -lus S 258 Dactus: dictus [.] U dictus a. corr. P Barum: -ri UL 259 quintodecimo: die add. N mensis om. S in mense N 261 in om. SNL Beneuentum: -to P 261 ciuitatem om. SNL Trojam: troiorum U in Capitinata SART

Rayca cum Jaffari caiti in ciuitate Bari in mense junii et obsedit eam uno die; et amoti exinde comprehenderunt Palagianum oppidum; et fabricatum est castellum Motula.

119 Anno 1024º. Indictione 7ª. Hoc anno factum est signum magnum in episcopio acherontino sub presule secundo Stephano materiensi in sancto die Pasche: Crucifixus magnus argenteus concussus est tribus uicibus, capite, brachiis et pedibus, cunctis hoc aspicientibus.

120 Et in hoc anno cecidit nix magna.

121 Et in hoc anno transfretauit Bujano in Curbathia, et comprehendit ipsam patricissam uxorem Cismigi, et direxit illam Constantinopolim.

122 Et in hoc anno mortuus est Enricus imperator, et surrexit Conus nepos ejus.

123 Anno 1028º. Indictione 11ª. Hoc anno descendit Oresti ketoniti in mense aprilis. Et tunc obiit barensis episcopus Joannes, et factus est Bisantius archiepiscopus.

124 Anno 1029º. Indictione 12ª. Hoc anno uenit Eustachius cum filiis {basilico} et mandato basilico, et adduxit

-----

264 Jaffari: Taf- UL Saf- S caiti scripsi criti PUSNL in ciuitate om. SNL Bari: -ro P -rum SN in om. SNL 266 Motula: Mutula P Mutule U in Motala L 268 est om. U episcopio: -patu U 269 materiensi: -se P materialis L sancto: quinto S Crucifixus: enim add. S 272 in hoc anno om. SNL 273 in hoc anno om. SNL Bujano: Bugiano PU Bugianus SNL 274 patricissam: patro- P principissam SNL Cismigi: Cosmici SN Cormici L 276 in om. SNL hoc -- est: mortuus est hoc anno SNL 277 Conus: Constantinus L 279 ketoniti: chetonici U che- SN chesanti L in om. NL barensis: baronensis U 282 {basilico} glossam seclusi Basilisco S et om. PUNL mandato basilico: mandatora PUSNL adduxit -- Christophorum: elegit catepanum C. S eduxit Cathesatum Xpophorum L

honorem catepani ad Christophorum, et Orestes prefatus ascendit in Constantinopolim cum Bujano.

125 Et in hoc anno mortuus est Constantinus imperator in uigilia sancti Martini, et se uiuente imposuit in sede sua Romano, et dedit ei uxorem Zoi filiam suam.

126 Tandem Rayca et Jaffari obsederunt castellum Obbianum, qui Obbianenses extraneos tradentes pacificauerunt cum ipsis.

127 Et in mense julii uenit Potho catepanus fecitque pugnam cum Rayca in Baro.

128 Hoc anno obiit Guamarius princeps Salerni.

129 Anno 1031º. Indictione 14ª. Hoc anno in mense junii comprehenderunt Saraceni ciuitatem Cassanum. Et tertia die astante mense julii, fecit prelium Potho cum Saracenis, et ceciderunt Greci.

130 Anno 1032º. Indictione 15ª. Hoc anno descendit <...> Ychiacon et Ketoniti, et secum adduxit ipsos Anatoliki.

131 Anno 1033º. Indictione 1ª. Hoc anno prima die intrante mense maji, descendit Constantinus protospatha-

-----

283 honorem om. NL catepani: -num U prefatus: -dictus SL 284 ascendit: descendit PU Bujano: Bugiano PUSNL 285 in hoc anno om. SNL 286 uiuente: -ti U 287 Romano: -num SNL Zoi: Zoem S 288 Jaffari: Za- P Zaf- U Saf- SL castellum Obbianum: obbianum [.] U 291 in om. SNL julii: -o P catepanus: -ni U 293 Hoc -- Salerni om. SNL supp. in fine lin. et mg. ead. vel aequali manu P 294 in om. SNL 295 comprehenderunt Saraceni inv. U ciuitatem om. SNL Cassanum: -ni U 296 tertia: -o SN astante om. SNL mense: -sis U julii: -o P 299 Anatoliki: -ky P anacolichi U Anacolichium S -chi S Anatholicii L 300 Indictione 1ª PUSNL prima die inv. SNL 301 intrante om. SNL mense om. U -sis S maji: mayo P

rius qui et Opo uocabatur, catepanus Italie.

132 Anno 1034ª. Indictione 2ª. Hoc anno, undecima die intrante mense aprilis, obiit Romanus imperator, et surrexit Michael imperator. Et Argiro barensis abiit in Constantinopoli.

133 Anno 1038ª. Indictione 6ª. Hoc anno descendit Michael patricius et dux qui et Sfrondili uocabatur, et transfretauit cum Maniaki patricio in Sicilia.

134 Anno 1039ª. Indictione 7ª. Hoc anno in mense februarii descendit Nikyforus catepanus qui et Dukyano dicebatur.

135 Anno 1040ª. Indictione 8ª. Hoc anno predictus Dukyano excussit conteratos de Apulia; et predicti conterati occiderunt Chirisfacti basilico critin {imperator} subtus Mutulam, et Romano materiense mense maji.

136 Eodemque mense obsedit Argiro filius Melis Bari ciuitatem, et percussit Musandum et ligauit eum uincula,

-----

302 et Opo: ropo U catepanus: -ni U 303 undecima die inv. U 304 intrante om. SNL mense om. S Romanus: -no a. corr. P 305 Et -- Constantinopoli om. SNL supp. in fine lin. et mg. ead. vel aequali manu P abiit Guillou obiit PU Argiro: cergico U 306 in om. U 307 1038: 1036 L 309 Maniaki: -ky P mamachi U -chi SN -ochi L Sicilia: -am U 310 in om. SNL 311 catepanus: -ni U Dukyano: dulkyano P Dulchiano U Dulchianus SNL 313 predictus: -fatus L 314 Dukyano: dulkyano P Dulchianus USNL conteratos: Contractos S de: in L predicti: -fati L conterati: Contracti S 315 Chirisfacti basilico critin: Kyrisfactora critin P Chirisfactira critin U Chirifactora Crithiri S Chyrisfactora crithin N Xpōphorum critim L {imperator} glossam seclusi imperator PUN -rem SL 316 Romano materiense: -num -sem S maji: mayo P 317 Argiro: Argyrus SN -rus L filius: filiu U Melis: -li S Malis L 318 Musandum: -drum S eum: ei U uincula: -lo S

et intrauit cum eo in Baro; et conterati dispersi sunt.

137 Anno 1041º. Indictione 9ª. Hoc anno descendit Dukyano a Sicilia, iuitque Asculum. Et in mense martii Arduinus lombardus conuocauit Normannos in Apulia in ciuitate Melfie, et predictus Dukyano fecit prelium cum Normannis feria tertia, et ceciderunt Greci. Et mense maji iterum preliati sunt Normanni feria quarta cum Grecis, et fugit Dukyano in Barum.

138 Anno 1042º. Indictione 10ª. Hoc anno uenit <Bujano> †ex augusto† fecitque bellum cum Normannis tertia die intrante mense septembris, et comprehensus est ille ibi et in Melfia deportatus est.

139 Et in mense decembris obiit Michael imperator, et eleuatus est Cesar nepos ejus nomine Michael imperator.

140 Et in mense februarii factus est Argiro barensis princeps et dux Italie.

-----

319 intrauit: introiuit S in Baro: Barum SN Bari L conterati: Contracti S 320 Indictione 9ª P 321 Dukyano: dulchia U Dulchianus SNL in om. SNL martii: -cio P
322 Arduinus: Ardumus SNL Normannos om. PU Apulia: -am U
323 predictus: -fatus L Dukyano: Dulchianus USNL
324 feria tertia scripsi fere tribus milibus PU fecit N om. SL la terça feria C ala terça feria M la terza (3ª T) feria ART Et mense: et in mense P maji: mayo P 325 feria quarta: fere quadringenti PU 326 Dukyano: Dulchianus USNL Barum: -ro U 327 <Bujano> scripsi cf. Annales barenses 23 [...] S [-10-] C [-7-] AR [....] T †ex augusto†: ex aug.to PU mense augusto S ex Agusto NL forsitan ἐξακουστός Mathieu 329 intrante om. SNL mense: -sis S 330 Melfia: -am S
331 in om. SL 332 et eleuatus -- imperator om. U 334 in om. SNL Argiro: Argyrus SL -rus N

141 Et mense aprilis descendit Maniaki magistrus Tarentum, et in mense junii deportauit Monopolim ciuitatem, abiitque in ciuitatem Materam et fecit ibi grande homicidium.

142 Et in mense septembris electus est comes Guidelmus a Matera.

143 Et hoc anno depositus est prefatus Cesar Michail a regno cecatusque est Zoi et Theodore sororum jussione, et Constantinus Monomachus factus est imperator.

